Roswadowska Lucrum Scrutinij

In termino hodierno peremptorio conseruato in diem praesentem ex decreto Judicij Ordinarij Generalis Tribunalis Regni Lublinen deductionis scrutinij legitime inciden et prouenien, Instigator Judicij Ordinarij Gnalis Tribunalis Regni Lublinen ac eius dellatrix Generosa Magdalena Bacsalska Generosi Andreae Roswadowskij consors olim vero Gnosi Samuelis Bacsalskij soror germana et successor legitima cum praefati mariti sui assistentia actorea pars Nobilem Stanislaum Czepielowskij de persona bonisque eius in genere omnibus secundo post obtentam poenam contumaciae citatum pro poena publica sessionis turricae in fundo turris Castri Sanocensis iuxta profunditatem eius descriptam per spacium vnius anni et sex septimanarum sustinenda occasione praefati olim Generosi Samuelis Bacsalskij hominis pacifici per inflictionem vulneris in colum partis sinistrae cruenti secti magni enormis et letalis occisionis succubita protestatione Castren Lublinen et cittone de praemissis lationibus per Ministerialem Gnalem Regni Nobilem Joannem Zabeskij iuridice ad Judicium praesens Capitaneale Castren Lublinen quatuor vicibus vltra iuris communis formam, Ad instanciam suprascriptae actoreae partis vocatum et non comparentem in toto suo lucro pro toto ex admissione Judicij praesentis victor condemnauit iuxta essentiam in decreto et supra specificatam de praemissis omnibus latius canen. Et Judicium praesens Capitaneale Castren Lublinen in vim lucri in contumaciam citati ad affectationem actoreae partis ad deducendum Scrutinium contra citatum praefatum partem actoream admisit prius tamen iuramento praestito de non corruptione et non conductione testium. quoniam vero Actorea pars iuramentum iuxta praescriptum iuris de non corruptione et non conductione testium praestitit et debite est executa. ideo Judicium praesens ad examinationem testium processit et testimonia eorum in occluso rotulo parti actoreae se extraditurum obtulit.